

fidelibus manifestum est quod sensum habet; non enim revelat Deus quae sensu carent. Fidelibus etiam manifestum est quod ideo sensum habere potest, quia alia est natura leonis, et alia est natura Dei, et ideo quod ~~in leone~~ de leone sine sensu diceretur, optimo sensu de Deo dici potest. Theologo autem investiganda est haec Dei natura ut dicat quid in leone desit, quid in Deo adsit, ut processio, quae sensum non habeat in leone, sensum in Deo habeat.

Pars altera: Divina processio est per modum emanationis intelligibilis.

Hac altera parte ad mentem c. Vaticani I imperfecta quaedam et analogica mysterii intelligentia quaeritur. Quae intelligentia, ut proprie et technice loquar, non conclusio est sed principium; nam scientia est ^{de} conclusionibus, intelligentia autem de principiis. Quam ob causam, is ~~se~~ deciperet qui hanc alteram partem opinaretur demonstrandam esse: ad principia enim non conl concluditur sed ascenditur.

Ascenditur autem dupliciter: primo, enim, demonstrari potest quod, supposita emanatione intelligibili in Deo,

Ascenditur autem dupliciter: primo et positive, ex supposita emanatione intelligibili in Deo deduci potest et aliquatenus explicari divinam processionem per modum operati; deinde ~~ex~~ per viam quamdam exclusionis demonstrari potest solam analogiam nobis hac in vita possibilem esse ex emanatione intelligibili haustam.

1. Supposita in Deo emanatione inte

analogice cognoscendo: Deum enim cognoscimus non immediate sed mediatim; et omnis mediata Dei cognitio est deficiens, imperfecta, analogica.

Sed ~~per~~ cognitio fine, determinari potest methodus, cum methodus ex fine sequatur. Finis vero est principium proprium analogice cognoscendum. Methodus ergo erit, sicut et ipse finis, composita: incipiet quidem sicut et methodus qua determinatur principium proprium; cum tamen terminari non possit in intelligentia ipsius rei secundum se, ea addat oportet quae ad analogicam rei intelligentiam faciant.

Primo, ergo, ex factis incipit, iisque non naturaliter notis, sed ~~in~~ supernaturaliter. Agitur enim de divino mysterio quod nobis innotescere non posset nisi divinitus revelatum esset (DB 17^a95).

Deinde, per principia communia procedit. Qui processus du^abus constat partibus. Primo, determinatur problema, quod iam supra initio huius capituli ~~fact~~ fecimus (pp. 53-55). Deinde, modo negativo determinatur solutio; ita demonstrari potest divinam processionem non esse ad extra, et ideo ad intra sit necesse esse, vel eam non esse per modum causalitatis, et ideo eam esse per modum naturae, etc.; quibus tamen minime explicatur quid sit processio ad intra, ~~quid~~ vel qualis sit natura secundum quam haec processio ad intra fiat, etc.

~~Tertio, aliquid simile quaeritur unde analogice dici possit qualis ad intra sit processio, qualis sit natura secundum quam sit processio, etc. Et circa hoc notandum est quod illud simile non est figmentum quoddam imaginationis, neque est textus e celeberrimo auctore adductus sed male intellectus, sed est res quaedam naturalis etque scientifice cognita~~

Tertio, aliquid naturaliter notum et simile quaeritur, unde analogice dici potest qualis sit divina processio ad intra. Qua de re summopere notandum est, non plus valere conclusionem quam praemissam. Ubi res naturalis clare et exacte cognoscitur, ad claras et exactas conclusiones analogicas de divina processione pervenietur. Ubi res

Analogia systematica. Systematica est analogia quae (1) explicite et signate adhibetur et (2) in se una cohaerenter applicatur ad multas et diversas quaestiones solvendas. Porro, quae de praesenti quaeritur analogia, systematica est. Non enim multas et diversas analogias incohaerenter adducere volumus, sed unam quamdam explicite cohaerenter signare quae interum iterumque per totum tractatum applicari possit.

Methodus. Quae a nobis cognoscuntur, in facta et principia dividuntur. Facta cognoscuntur vel naturaliter vel supernaturaliter. Principia vero vel communia sunt vel propria. Et communia (transcendentalia) sunt principia quae in ratione entis fundantur, quae analogia (a priori) transcendentali diversis entibus applicantur, quae pariter de omnibus entibus valent. Propria autem sunt principia quae in determinata quadam essentia fundantur, quae de solis rebus cum tali essentia valent simpliciter, quae nisi secundum similitudinem eamque imperfectam ad alias res intelligendas extenduntur.

Porro, principia propria non cognoscuntur nisi inquisitione quae (1) e factis incipit, (2) per principia communia procedit, et (3) ad rem in se intelligendam terminatur. Principia vero communia sunt per se nota quoad nos; sunt enim conditiones possibilitatis cuiuslibet inquisitionis et, qua tales, methodo transcendentali dicta, quodammodo vindicari possunt.

Iam vero praesens quaestio est (1) de principio, (2) de principio non communi sed proprio, (3) de principio proprio non in se sed analogice cognoscendo. Est de principio: nam systematica est analogia quam quaerimus; et systematicum quod multas et diversas resolvit quaestiones principium quoddam est. Est de principio non communi sed proprio: agitur enim de modo concreto divinae processiois; qui modus concretus ita in divina essentia fundatur ut in rebus creatis non inveniatur. Est de principio proprio non in se sed

natu alis nisi obscure et confuse non apprehenditur, conclusiones analogicae de divina processione pariter obscurae erunt et pariter confusae. Ubi res naturales praetermittuntur et ad figmenta imaginationi^s confugitur, nisi figmenta imaginationis analogice modificantur ut de divina processione concludatur. Non ergo absque causa dixit c. Vaticanum I: ". . . ex eorum quae naturaliter cognoscit analogia. . . ." (DB 1795). Neque absque causa superius declarare contendimus quid sit emanatio intelligibilis. Quod si theologus ita Deo intentus esse vult ut res naturales exacte cognoscere nolit, sese illudit; nam hac in vita omnis nostra Dei cognitio et mediata est et analogica.

Quarto, ad optatum finem, principium proprium analogice cognitum, pervenitur. Ideo autem pervenitur quia duae inquisitiones in unam convergunt conclusionem. Nam in prima inquisitione ex factis ad problema concluditur, et ex problemate ad negativam ~~existentionis~~ problematis solutionem. In altera autem inquisitione alia et alia res naturalis investigatur donec ea inveniatur quae analogiam praebet ut positiva problematis solutio attingatur.

Quaeris autem quid sit positivam solutionem attingere. Sed iam scis positivam solutionem: est enim illa analogia systematica explicite signata quae iterum iterumque per totum tractatum cohaerenter applicari possit. Quam solutionem attingere est actus qui nominatur intelligere, ille nempe actus quo perspicitur quasi clavis totius materiae, ille actus qui in eo deest qui fatetur se videre non posse quemadmodum modus concretus divinae processioⁿis vel analogice attingi posset, ille actus quem fructuosissimum laudavit c. Vaticanum cum doceret rationem fide illustratam aliquam Deo dante mysteriorum intelligentiam assequi (DB 1796).

~~Qui intelligendi actus non est conclusio sed novum principium, neque conceptus est sed fons et origo unde tota quaedam conceptuum series evolvetur.~~

Praesens ergo quaestio de modo concreto divinae processio-
analogice cognoscendo, non implicite et exercite, sed explicite et
signate procedit, neque multas et diversas coacervare vult analogias,
sed explicite et signate determinare intendit unam quamdam analogiam
fundamentalem quae systematice evolvi possit per omnes quaestiones
quae Deum trinum respiciant.

Analogiae determinatio. Quae a nobis cognoscuntur vel facta
sunt vel principia. Facta cognoscuntur vel humana experientia vel
revelatione divina. Principia sunt vel communia vel propria: et
communia sunt per se nota quoad nos; propria autem attinguntur
quatenus e factis incipitur et ad res intelligendas proceditur.

Porro, qui concretum divinae processio-
nis modum intelligere vult, principium quaerit Deo trino proprium. Quaerit principium:
illam enim quaerit analogiam quae systematice evolvi potest per
totum quemdam tractatum. Quaerit principium proprium: non enim
quaerit principium commune quod pariter de omnibus entibus valet,
sed proprium quaerit principium quod in solo Deo invenitur et a nobis
nisi analogice cognosci non potest. Quaerit principium Deo trino
proprium: agitur enim de divinis processio-
nibus et principaliter de omnibus earum consectariis.

Et manifestum est principium Deo trino proprium determinari non
posse "per rationem rite excultam e principis naturalibus" (DB 1816).
Relinquitur ergo ut ratio fide illustrata e factis revelatis procedat
ad eam determinandam.

Sed quae revelata sunt, maxime in veris consistunt. E veris autem
dupliciter proceditur: uno modo, secundum deductionem proprie dictam,
quae ex principis ad conclusiones decurrit; alio modo, uti aiunt,
inducendo, h. e., e ~~causa~~ cognitis ascenditur in principia invenienda.
Et huiusmodi est praesens inquisitio. Non enim quaeritur quid necessario
sequatur ex eo quod Deus Filius generatur, vel ex eo quod Spiritus sanctus

expresse docetur in c. Florentino: "... omniaque sunt unum ubi non obviat relationis oppositio" (DB x 703).

Eiusmodi ergo est divina processio ut (1) vera et realis sit origo, emanatio, processio, (2) realiter inter se distinguantur principians et principiatus, vel a quo alius et qui ab alio, et (3) haec realis distinctio sit secundum esse non absolutum sed relativum.

Quibus suppositis atque retentis ad alios dicendi modos proceditur, non ut aliud dicatur, sed ut aliter dicatur idem. Et tria praecipue sunt considerata. Nam in symbolo Nicaeno determinatur Filium esse natum non factum (DB 54), et ideo distinguendum esse videtur inter ~~originem~~ originem per causalitatem efficientem et originem per ~~nam~~ nativitatem seu per naturam. Praeterea, cum aliud sit nasci ex patre humano et aliud nasci ex Deo Patre, quaerendum est de processione ad extra et processione ad intra. Tertio,

Argumenti divisio.

Argumentum in tres dividitur partes: primo quaeritur quid non sit modus divinae processiois; deinde quaeritur quid sit modus divinae processiois; tertio afferuntur quae iudicium de positiva solutione illuminant atque dirigunt.

Pars prima argumenti: quid non sit modus divinae processiois.

Natum non factum. In symbolo Nicaeno de Filio legitur "natum non factum" et ibidem in adiuncto anathemate condemnantur qui dicunt "Quia ex non existentibus factus est aut ex alia subsistentia vel essentia" (DB 54). Unde in symbolo "Quicumque" Filius asseritur "non factus nec creatus sed genitus" et de Spiritu sancto additur quod est "non factus nec creatus nec genitus sed procedens" (DB 39). Quae sane modum divinae processions determinant, et quidem non negative tantum sed etiam positive; sed de praesenti non quaerimus nisi quid non sit modus divinae processions, tum ut certum sit fundamentum positivae solutionis, tum ut ~~mutuamve~~ clarum sit problema cuius positiva solutio quaeritur.

Altera pars argumenti.

Hac in parte quaeritur illa analogia systematica unde positive concipi possit processio per modum operati. Et primo determinari oportet quaenam sit res creata secundum cuius similitudinem modus divinae processionis sit concipiendus. Deinde quaerendum erit sub quonam aspectu illa res sit consideranda. Tertio denique ad ipsam analogiam systematicam proceditur.

Quaenam res creata. Et in primis constat aliquam rem creatam esse seligendam. Omnis enim cognitio analogica etiam mediata est; omnis mediata cognitio in aliquo medio fundatur; quod medium aut immediate cognoscitur aut mediate. Si immediate cognoscitur, quaeritur quid immediate cognoscitur

Sequitur octavo divinam processionem per modum emanationis intelligibilis necessario esse processionem per modum operati. Incepit enim argumentatio haec supponendo divinam processionem esse per modum operati. Concludit autem divinam processionem esse actus principiati ex actu principiante qui duo ~~aut~~ distinguuntur non secundum esse absolutum sed secundum esse relativum.

Quod ergo intendimus, illud assecuti sumus: in unum enim coniunximus tum processionem per modum operati tum processionem per modum emanationis intelligibilis; ex hac enim deduximus illam.

Quaesiverit tamen quispiam utrum via inversa procedi possit ut, scilicet, emanatio intelligibilis deducatur ex processione per modum operati. Cui quaestioni negative respondendum est. Nam ex minus determinato concludi non potest magis determinatum. Sed minus determinata est processio per modum operati ~~quae~~ quae rationibus et principiis exponitur. communibus ~~fundatur~~. Et magis determinata est emanatio intelligibilis quae ignota maneat donec ad principia propria accedatur.

Tamen quid ad rem facit ~~nam~~ modus procedendi? Quid inde sequitur quod processus seu emanatio sit intelligibilis?

Facit primo ut verum et realem sensum habeant illa esse relativa realiter distincta. Si enim in actu infinito est conscia ~~existenti~~ exigentia rationalitatis vel honestatis ad principiandum, haec conscia exigentia (1) necessitat veram et realem processionem et (2) non tollitur etis etsi id quod procedat infinitum sit et ideo, quoad esse absolutum, identicum cum principio

Argumenti divisio.

Duplici gressu determinatur modus divinae processionis.

Primo, statuitur divinam processionem esse per modum operati; qua in parte non adhibentur nisi notiones et principia communia, quae iam ex metaphysica generali omnibus sunt notissima; et ideo haec pars est theologice certa.

Deinde, statuitur divinam processionem esse per modum emanationis intelligibilis; qua in parte non sufficit metaphysica generalis, sed supponi debet lector qui tum "aetatem habet" (Io 9, 21) tum de sua autonomia rationali ~~xx~~ reflectitur; quare haec altera pars nota theologica non ornatur; ~~sed qui potest capere, capiat.~~

Pars prima: Divina processio est per modum operati.

1. Divina processio non est factio vel creatio.

Symbolum "Quicumque": "Filius a Patre solo est, non factus nec creatus sed genitus. Spiritus sanctus a Patre et Filio, non factus nec creatus nec genitus sed procedens." DB 39.

Quod iam ante in c. Nicaeno de Filio determinatum erat: ~~factum~~ "natum ex Patre unigenitum... natum non factum...." "Eos autem qui dicunt... 'Quia ex non existentibus factus est aut ex alia subsistentia vel essentia...'... hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia." DB 54.

Haereticum ergo esse ~~t~~ dicere vel Filium vel Spiritum sanctum esse factum vel creatum.

2. Divina processio non est ad extra.

Cf. S. Thomam, Sum. theol., I, q. 27, a. 1.

Ad extra, seu in aliud, est processio in qua alia res est principium et alia res est procedens.

Sed in divinis idem Deus est Filius ac Pater, et idem Deus est Spiritus sanctus ac Pater Filiusque.

Ergo divina processio non est ad extra.

3. Divina processio non est processio operationis vel operati.

Cf. appendicem I, n. 5, p. 244.

Processio quae ad extra non est, ad intra esse debet. Processio ^{autem} ad intra esse videtur aut operationis, qua oritur actus ex potentia, aut operati, qua oritur actus ex actu.

Sed divina processio non est operationis. ^{enim} In Deo non est potentia, h. e., imperfectum et perfectibile quod per actum perficiatur.

Neque divina processio est operati. Nam in Deo non est nisi unus actus isque infinitus, et ideo fieri non potest ut in Deo alius actus ex alio oriatur.

4. Divina processio est per modum operati.

Per modum operati dicitur processio ^{ad intra} in qua (1) realiter distinguuntur actus principians et actus principiatus, et (2) realiter distinguuntur non secundum esse absolutum sed tantummodo secundum esse relativum.

Iam vero Filius a Patre vere et realiter gignitur, et ideo habetur processio seu origo unius ex alio. Haec generatio est ad intra, nam idem Deus est Filius ac Pater. Realiter distinguuntur actus principians et actus principiatus, nam alius realiter est Pater, et alius realiter est Filius. Quae distinctio non est

Principia propria analogice extensa sunt principia propria
alicuius essentiae A, fundantur in similitudine quadam essentiae A
ad aliam essentiam B

Principia propria analogice extensa in eo fundantur quod alia et alia essentia seu natura sunt secundum quid similes; in eo consistunt quod principia propria essentiae A dividuntur in duas partes secundum similitudinem vel dissimilitudinem essentiae A ad essentiam B.

Qui intelligendi actus neque in nominibus et verbis consistit neque in conceptibus, iudiciis, syllogismis, sed novum quoddam principium est reale, naturale, conscium, unde et oriunda erit tota conceptuum series nova, totum iudiciorum fundamentalium systema, totus quidam campus conclusionum.

Qui quidem actus a logico non cognoscitur nisi secundum suos effectus. Quo enim certior sit scientia logica, quaestiones fundamentales aliis reliquit scientiis psychologicae, gnoseologicae, epistemologicae, metaphysicae. Quam ob causam, cum logicus quae talis actum intelligendi ~~ni~~ nesciat, conceptus reduci non potest nisi in alios conceptus; unde et nova conceptuum series, qua nova, logico videtur irreducibilis